

Demersa lymphis impi-  
mens,  
Subvecta caelis erigens:  
Ut stirpe ab una proclita,  
Diversa replent loca.  
Cargite cunctis servilis,  
Quos mundat unda san-  
guinis,  
Nescire lapsus criminum,  
Nec ferre mortis rædium.  
Ut culpa nullum depre-  
mat,  
Nullum esseret iactantia:  
Elisa mens ne concidat,  
Elata mens ne corruiat.  
Iuxta, Pater piissime,  
Patricque compar Unice,  
Cum Spiritu Paraclito,  
Regnans per omne sæculum.  
Amen.

Dirigatur Dōmine oratio  
mea. \* Sicut incensum in  
conspēctū tuo.

*Ad Magnificat, Antiphona.*  
Fac Deus potentiam in  
brachio tuo: disperde su-  
perbos, & exalta hū-  
miles.

FERIA SEXTA

Ad Vesperas.

*Antiphona.* In conspēctū.

*Psalmus 137.*

Confitebor tibi Dōmi-  
ne in toto corde meo: \*  
quoniam audisti verba  
oris mei.

In conspēctū Angelōrum  
psallam tibi: \* adorabo ad  
templum sanctum tuum, &  
confitebor nōmīni tuo.

Super miseriōrdia tua, &  
veritate tua: \* quoniam

magnificasti super omne  
nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocā-  
vero te, exaudi me: \* mul-  
tiplicabis in anima mea vic-  
titem.

Confiteantur tibi Dōmine  
omnes reges terræ: \* quia  
audiētur omnia verba oris  
tui:

Et cantent in viis Dōmini: \*  
quoniam magna est glōria  
Dōmini.

Quoniam excelsus Dōminus  
& humilia respicit: \* & al-  
ta à longē cognoscit.

Si ambulāvero in medio tribu-  
lationis, vivificabis me: \*  
& super iram inimicōrum  
meōrum extendisti manum  
tuam, & salvum me fecit  
dextera tua.

Dōminus retribuet pro me: \*  
Dōmine misericōrdia tua in  
sæculum: opera manuum  
tuarum ne despicias.

*Antiphona.* In conspēctū  
Angelōrum psallam tibi  
Deus meus.

*Antiphona.* Dōmine.

*Psalmus 138.*

Dōmine probasti me, &  
cognovisti me: \* tu  
cognovisti sessionem meam,  
& resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas  
de longē: \* semitam meam,  
& feticulum meum investi-  
gasti.

Et omnes vias meas præ-  
vidisti: \* quia non est ser-  
mo in lingua mea.

Ec-

Ece Dōmine tu cognovisti  
omnia, novissima, & an-  
tiqua: \* tu formasti me, &  
posuisti super me manum  
tuam.

Mirabilis facta est sciētia  
tua ex me: \* confortata est,  
& non potero ad eam.

Quò ibo à spiritu tuo? \*  
& quò à facie tua fugiam?  
Si ascendero in cælum, tu  
illic es: \* si descendero in  
infernū, ades.

Si sumpsero pennas meas  
diluculo, \* & habitāvero  
in extrēmis maris:

Et tenim illuc manus tua de-  
ducet me: \* & tenēbit me  
dextera tua.

Et dixi: Forsitan tenebræ  
conculcabunt me: \* & nox  
illumino me in deliciis  
meis.

Quia tenebræ non obscura-  
buntur à te, & nox sicut  
dies illuminabitur: \* sicut  
tenebræ ejus, ita & lumen  
ejus.

Quia tu possedisti renes  
meos: \* suscepisti me de  
utero matris meæ.

Confitebor tibi quia ter-  
ribiliter magnificatus es: \*  
mirabilia opera tua, &  
anima mea cognoscit ni-  
mis.

Non est occultatum os  
meum à te, quod fecisti in  
oculto: \* & substantia mea  
in inferioribus terra.

Imperfectum meum vidē-  
rat oculi tui, & in libro

tuo omnes scribentur: \*  
dies formabuntur, & nemo  
in eis.

Mihi autem nimis honori-  
ficatis sunt amici tui Deus: \*  
nimis contortatus est princi-  
piatus eōrum:

Di numerabo eos, & super  
arēnam multiplicabuntur: \*  
exurrexi, & adhuc sum te-  
cum.

Si occideris Deus peccatō-  
res: \* viri sanguinum decli-  
nate à me:

Quia dicitis in cogitatio-  
ne: \* Accipient in vanitate  
civitates tuas.

Nonne qui odērent te Dō-  
mine, oderam: \* & su-  
per inimicos tuos tabescē-  
bam?

Perfecto odio oderam il-  
los: \* & inimici facti sunt  
mihi.

Proba me Deus, & scio  
cor meum: \* interro-  
ga me, & cognosce sé-  
mitas meas.

Et vide, si via iniquitatis  
in me est: \* & deduc me  
in via æterna.

*Antiphona.* Dōmine probā-  
sti me, & cognovisti me.

*Antiphona.* A viro iniquo.  
*Psalmus 139.*

Ripe me Dōmine ab  
hōmine malo: \* à viro  
iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitas  
in corde: \* tota die  
constituebant prælia.

Acuērent linguas suas sicut

serpētis : \* venēnum aspīdum sub labiis eōrum.

**C**ustodi me Dōmine de manu peccatoris : \* & ab hominibus iniquis eripe me.

**Q**ui cogitaverunt supplantare gressus meos : \* absconderunt superbi laqueum mihi.

**E**t fines extendērunt in laqueum : \* iuxta iter scādalum posuerunt mihi.

**D**ixi Dōmino : Deus meus es tu : \* exaudi Dōmine vocem deprecationis meae.

**D**ōmine, Dōmine virtus salūtis meae : \* obumbrasti super caput meum in die belli.

**N**e tradas me Dōmine a desiderio meo peccatoris : \* cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exultentur.

**C**aput circuitus eōrum : \* labor labiorum ipsōrum operiet eos.

**C**adent super eos carbōnes, in ignem dejicies eos : \* in miseris non subsistent.

**V**ir linguosus non dirigetur in terra : \* virum injustum mala capient in interitū.

**C**ognovi quia faciet Dōminus iudicium inopis : \* & vindictam pauperum.

**V**eruntamen iusti confitebuntur nōmini tuo : \* & habitabunt recti cum vultu tuo.

**Antiphona.** A viro iniquo libera me Dōmine.

**Antiphona.** Dōmine, exaudi me : \* & non commovearis mihi.

**D**ōmine clamavi ad te, exaudi me : \* intēde voci meae, cum clamāvero ad te.

**D**irigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo : \* elevatio minuum mearum sacrificium vespertinum.

**P**one Dōmine custodiam ori meo : \* & ostium circumstantiae labiis meis.

**N**on declines cor meum in verba malitiae, \* ad excusandas excusationes in peccatis.

**C**um hominibus operantibus iniquitatem : \* & non communicabo cum electis eōrum.

**C**orripit me justus in misericordia, & increpabit me : \* oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

**Q**uoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eōrum : \* absorpti sunt iuncti petrae iudices eōrum.

**A**udient verba mea quoniam potuerunt : \* sicut crassitudo terrae erupta est super terram.

**D**issipata sunt ossa nostra secus infernum : \* quia ad te Dōmine, Dōmine gēuli mei : in te speravi, non auferas animam meam.

**C**ustodi me a laqueo, quem statuerunt mihi : \* & a scāda-

dalīs operantium iniquitatem.

**C**adent in reticulo eius peccatores : \* singulariter sum ego donec transcam.

**Antiphona.** Dōmine clamavi ad te, exaudi me.

**Antiphona.** Pōrtio mea.

**Psalmus 141.**  
**V**oce mea ad Dōminum clamavi : \* voce mea ad Dōminum deprecatus sum :

**E**stūdo in conspectu eius orationem meam, \* & tribulationem meam ante ipsum promittio.

**I**n deficiendo ex me spiritum meum : \* & tu cognovisti semitas meas.

**I**n via hac, qua ambulabam : \* absconderunt laqueum mihi.

**C**onsiderabam ad dexteram, & videbam : \* & non erat qui cognosceret me.

**F**erit iuga a me, \* & non est qui requirat animam meam.

**C**lamavi ad te Dōmine : \* dixi : Tu es spes mea, pōrtio mea in terra viventium.

**I**ntēde ad deprecationem meam : \* quia humiliatus sum nimis.

**L**ibera me a persecutentibus me : \* quia confortati sunt super me.

**E**duc de custodia animam meam ad confitendum nōmini tuo : \* me expectant iusti, donec retribuas mihi.

**Antiphona.** Pōrtio mea, Dōmine, sit in terra viventium.

**Capitulum.** 2. Cor. 1.

**B**enedictus Deus, & Pater Dōmini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

**Hymnus.**

**H**ominis supēre Conditor,

Qui cuncta solus ordinas,

Humum jubes producere

Repatentes & fera genus :

Et magna rerum corpora,

Dicū jubentis vivida,

Per temporum certas vias

Obtemperare servulis :

Repelle, quod cupidinis

Ciente vi nos impetit,

Aut moribus se suggerit,

Aut actibus se interserit.

**D**a gaudiorum prēmia,

Dissolve litis vincula,

Astringe pacis foedera.

**P**raesta, Pater piissime,

Patrique compar Unice,

Cum Spiritu Paracito,

Regnans per omne saeculum.

**Dirigatur Dōmine oratio mea. & Sicut incensum in conspectu tuo.**

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Deposuit potentes, sanctos persequentes : & exaltavit humiles Christum confitentes.